

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

cto in idem punctum: aliter enim oporteret quod motus perueniens ad idem punctum unde fuit a principio precederet spatium: in quo est motus: et hoc negat intelligi: ergo non potest dici quod corpus circulare sit infinitum: cum ipse necessario sit motus sicut ostensum est in viij. phisicorum. **S**eptima via et ultima generalis est de omni corpore: quod omne corpus aut est in omnibus suis partibus continuum: aut est partium seuctarum continuitatem in se non habentium: licet sint congregate: sicut acernus lapidis: quemadmodum dixerunt democritus et leuippus: quod si ipsum dicat esse continuum oportebit sibi esse omnes partes copulatas a prima usque ad ultimam: quod autem copulatur a primo usque ad ultimum necessario est finitum: et in ultimo ergo omne corpus continuum est finitum: quod si etiam dicatur quod aliquid remanet extra ultimam ad quam facta est copulatio continui: istud est addibile ad istam per copulationem: omne autem cui aliquid est addibile est finitum sicut superius diximus in istis eiusdem capituli phisicis: ergo copulatum finitum: non ergo intelligi potest aliquid esse partium infinitum. **S**i autem dicatur seuctarum partium: tunc ille partes aut erunt omnes finite: aut omnes infinite: aut quedam finite: aut quedam non finite. **S**i autem dicantur omnes finite: aut omnes erunt finite et quantitate et numero: aut omnes erunt quantitate quidem finite: infinite quidem secundum numerum sicut asserunt democritus et leuippus: et si quidem omnes sunt finite tam quantitate: quam numero: tunc ex his non potest intelligi componi infinitis: si autem finite quidem sunt quantitate: sed infinite quidem numero: tunc oportet dici quod totum congregantium diuidatur in partes: sic quod finite finitas et numero infinitas: aut ergo diuiditur in eas corpus diuisione completa: aut incompleta: et dico diuisionem completam que stat in eo quod non inuenit ultra in quo diuidat: si ergo diuideretur in eadem diuisione completa partes necessario erunt finite secundum numerum: quod diuisio non complebitur nisi in ultima unitate que addita fuit numero postquam non erit aliam inuenire: si autem diuiditur in tales diuisione incompleta: tunc constat quod aliquae sunt per diuisionem accepte: et aliquae adhuc per diuisionem accipiende: sed accepte semper sunt finite: et accipiende sunt in potentia et non in actu: ergo ex hoc non sequitur: nisi quod in finitum sit potentia et non in actu: et hoc non negauimus: si enim patuit in 3. phisicorum. **S**i autem tu dicas quod omnes partes sunt infinite secundum ultimam habere esse non potest: quia etiam multa infinita componuntur unum infinitum et sic sequitur multa inconuenientia. scilicet quod pars sit equalis toti et quod unum infinitum sit extra aliud infinitum: et plura que superius posita contra similem opinionem. **S**i autem aliquae finite sunt: et aliquae infinite tunc sequitur eadem inconuenientia: et plura alia: que est superius si scilicet ponem sunt inducta: hoc igitur sufficiant ad presens ostendendum: quod non est aliquod corpus actu infinitum.

**T**ractatus tertius primi libri de celo et mundo vtrum mundus sit vnus vel plures. Cap. i. in quo ostendit quod mundus sit vnus et ipsa natura et motus partium eius simpliciter habent motum rectum.

**Q**uam autem sit vnum de mirabilibus et nobilioribus quæstis in natura vtrum mundus sit vnus: vel sint mundi plures: quod etiam anima humana per se desiderat scire: videtur nobis conueniens ut inquiramus de illo: promissimus enim in phisicis nos de hoc sermonem et tractatum facturos. **S**ed oportuit ut aperte ostenderemus esse mundum finitum: si enim mundus esset infinitus non esset inquirendum de eo: vtrum

esset vnus vel plures: quia constaret tunc quod non esset nisi vnus: quia multi infiniti esse non possunt intelligi: sed cum iam definitum est quod mundus est finitum: statim desiderium est ad sciendum vtrum sit mundus vnus vel plures: ad hoc igitur inquirendum premitamur ea que necessario sunt tanquam principia: ut ex ipsis procedamus. **D**ico ergo diuidendo: quod omnia corpora siue sint vni mundi siue plurium mundorum aut mouentur: aut stat: siue quiescunt. **S**i quidem mouentur: tunc aut mouentur naturaliter: aut mouentur violententer. **S**i autem si stat: aut quiescant: quies eorum aut erit violenta: aut naturalis. **H**oc autem habito dico vterius: quod ad quicumque locum moueatur corpus ali quod: et siue violentia: et e conuerso. **I**n quocumque loco stat: siue quiescunt siue violentia: et ad eundem mouentur naturaliter: et siue violentia. **A**mplius autem suppono. 3. loco ex antehabitis: quod quicumque motus est motus violentus vim operet quod contrarius motus eiusdem eidem corpori sit naturalis: et quicumque e conuerso est vni corpori naturalis: contrarius eiusdem eidem corpori erit motus violentus: et hec omnia aparerent ex antehabitis rationibus. **V**nde constat tres esse motus: simplicium in genere: et tria esse genera simplicia scilicet circulare: et rectum: et graue: et leue: siue sint in hoc mundo: siue in mundo alio: et ideo constat etiam esse tria loca secundum speciem: scilicet circa medium et medium et orizonta. **H**is ergo ita suppositis dico quod si motus terre que est extra hunc mundum vadit ad medium istius mundi motu violento: tunc motus eius ex medio huius mundi ad medium alterius mundi est naturalis: et e conuerso: si motus est ex medio huius mundi ad medium alterius mundi est motus: tunc motus eius ex medio illius mundi ad medium istius mundi est naturalis: et tunc sequitur necessario quod motus vni vteriusque horum simplicium sit mixtus ex naturali et violento: quod in quantum motus terre est ex medio huius mundi est violentus: in quantum autem in eum ad medium alterius mundi est motus naturalis: et sic de alijs motibus omnium simplicium corporum habentium motum rectum: hoc autem impossibile est: ergo impossibile est ut sint multi mundi. **A**mplius si ponantur celi et mundi esse multi: tunc oportet dicantur esse ex partibus: hoc est ex illis similibus in natura: et diffinitive necessario ista quod ignis vnus mundi sit eiusdem nature cum igne omnium mundorum in natura et virtute: et terra vnus mundi sit similis terre omnium mundorum in natura: et similiter de reliquis illis. **H**oc enim solū est: quod probatur quod non potest dici: si enim diceretur quod celi mundorum plurium non essent similia in natura et virtute: tunc non conuenirent mundi nisi in nomine: et non in natura rerum: et ex tali pluralitate non sequitur plures esse mundos: sicut nec canes propter hoc sunt plures: quod canis sing. latrabile: celestis sidus et marinum: quia si partes mundi non conuenirent nisi in nomine: tunc etiam totum non conueniret nisi in nomine: et non in diffinitione et natura: et tunc ut diximus non sequeretur quod essent plures mundi: et contra talem ponem hic non disputamus. **S**erunt quidem qui dixerunt plures esse mundos: vnum quidem corporum: quoniam hic habitamus: alium autem spericum quod habet suum celum: et suam terram: et suum ignem: et suum aerem: et suam aquam: que in nullo conueniunt nisi in nomine cum terra: et igne: et aqua que sunt apud nos: quod deum illorum nulli inuitur rationi phisice: ideo eadem facultate conteneretur qua dicitur: et ideo dicimus quod si mundi sunt multi tunc conueniunt omnes in natura: et virtute cum isto mundo: tam in toto quam in partibus: et tunc manifestum est et patens quod sicut in hoc mundo